Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

nube aug[ustinum] sedentem pontifi
calibus insignitum, cuius quasi duo
radii solis totam illam ecclesiam
illuminabant, et odor mirabilis nimium
exalabat. Factaque est vox ad
eum. Iste est in vere aug[ustinus] sa
piencie lumen perfulgidum, veritatis
propugnaculum et fidei munimen
tum, qui sic potuit deo cooperan
te ecclesiam illuminare, sic quo
que potest omnibus ipsum invo
cantibus salutem et graciam im
petrare.

De corde sancti aug[ustini] miraculum insigne. viii.

Sanctus Swibertus lun
donensis archiepiscopus,
sicut in vita ipsius reperitur, bea
tum aug[ustinum] in maxima devocione
habens deum sedulo exorabat
ut aliquam porciunculam quan
que de reliquiis sanctissimi pre
sulis et egregii doctoris augustini
accipere mereretur. Quadam
autem die cum circa horam primam
sanctus Swibertus in sua capella
pia ad deum fudisset preconia,
ante altare subito obdormi
vit. Et ecce vidit in sompnis
angelum dei mirabili claritate
fulgentem ad altare proceden
tem et cristallinum receptaculum
mire pulchritudinis habens pedem
aureum gemmis preciosissimis
ad ornatum in manibus gestantem.

Quod cum super altare reverenter
locasset, conversus episcopo dixit: Swi
berte, dormis? Et ille: Quis
es domine? Qui respondit: Ego sum angelus
qui beato aug[ustino] quondam yponensi
episcopo ad custodiam suam depu
tatus. Cum autem ex hoc seculo mi
grasset, precipiente altissimo cor
eius sustuli et incorruptum ser
vavi. Psavit eundem cui illud
dare vellem. Nec corrumpi de
buit quod magnum dei capax fuit,
quod tam dulciter fideliter et subtiliter
de trinitate sensit, scripsit et do
cuit. Surge ergo et tolle mu
nus eximium tibi a deo destina
tum, conserva nobile depositum tue
sanctitati creditum. His dictis episcopus
evigilavit, et sic in sompnis
viderat cor crudum et recens
super altare in cristallo reperit,
sicque gratias agens miracu
lum publicavit. Cum ergo populus
catervatim ad tam grande
spectaculum confluxisset, precepit episcopus
clero ut pro graciarum actione Te
deum laudamus inciperent. Mi
ra res, cum autem versiculum Sanctus
Sanctus Sanctus dominus deus sabaoth caneretur,
cor in cristallo se movere ce
pit et os quasi ad laudan
dum aperire. Tamquam diceret:
O sancta trinitas quam libenter
te dictando, predicando, scribendo